

17207

Rome, 3 juin 1616. Bellarmin aux prieurs des Célestins d'Avignon

-----et de Gentilly.-----

(Admodum Reverendi Patres

Scripsit ad me frater N. Cuveron, qui sic provincialem nominat
Caelestinorum Gallorum, multa mala de iis qui reformationem obser-
vant. Respondi illi me habere altiores informationes, et ideo nul-
lam fidem praestare me litteris ipsius. Spero jam Reginam, et forte
ipsum etiam regem christianissimum esse Parisiis, et brevi ab dele-
gatis iudicibus a Sanctissimo Domino Nostro sententiam faciendam
contra Patrem Marsilium et complices ejus, scio enim ipsum etiam re-
gem esse illi infensum neque ignoro nuntium Apostolicum, nunc car-
dinalem Ubaldinum omnino curaturum, ut deponatur intrusus Provin-
cialis, et alius ordine et secundum Constitutiones legitime eliga-
tur; ego certe frequentibus litteris illum admonui ut favere velit
reformationi, et justitiae causae nostrae. Ego probo consilium ves-
trum de studio philosophico et theologico istic constituendo, sed
consilium expectandum, et rem differendam usque ad electionem pro-
vincialis legitimi. Hac valeant R/dae Paternitates vestrae memores
mei in sanctis precibus suis. Romae die 3 Junii 1616.

Admodum Rev/rum Paternitatum V/rum

Uti frater

Robertus Card. Bellarminus

(adresse):

Admodum Rev/dis Prioribus Caelestinorum Avenionis et Gentilini
constitutorum. Avenionem (cachet)

Pe

Paris. Bibl. Nat. fonds franç. 15794 f. 272 copie

14 Jun. 1616 Pater Antonius Acabellus s.j. Bellarmino
de rebus Avenionensibus
et Junii 1616.